

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diöcese.

Inhalt: I. Die innere Seelenleitung der Klostercongregationen. — II. Vorkehrungen zur dritten Centenarfeier des Todestages des hl. Aloisius von Gonzaga. — III. Die Erhebung der Curaten zu Pfarren. — IV. Drucklegung geistlicher Bücher. — V. Empfehlenswerthe Bücher. — VI. Diöcesan-Nachrichten.

I.

Die innere Seelenleitung in den Klostercongregationen.

Am 17. December 1890 ist von der S. Congr. Episcoporum et Regularium bezüglich der inneren Seelenleitung in den Klostercongregationen ein sehr wichtiges Decret ergangen, welches seinem vollen Inhalte nach also lautet:

„Quemadmodum omnium rerum humanarum, quantumvis honestae sanctaeque in se sint; ita et legum sapienter conditarum ea conditio est, ut ab hominibus ad impropria et aliena ex abusu traduci ac pertrahi valeant; ac propterea quandoque fit, ut intentum a legislatoribus finem haud amplius assequantur; imo et aliquando, ut contrarium sortiantur effectum.

Idque dolendum vel maxime est obtigisse quoad leges plurium Congregationum, Societatum aut Institutorum sive mulierum, quae vota simplicia aut solemnia nuncupant, sive virorum professione ac regimine penitus laicorum; quandoquidem aliquoties in illorum Constitutionibus conscientiae manifestatio permissa fuerat, ut facilius alumni arduam perfectionis viam ab expertis Superioribus in dubiis addicerent; e contra a nonnullis ex his intima conscientiae scrutatio, quae unice Sacramento Poenitentiae reservata est, inducta fuit. Itidem in Constitutionibus ad tramitem SS. Canonum praescriptum fuit, ut Sacramentalis Confessio in huiusmodi Communitatibus fieret respectivis Confessariis ordinariis et extraordinariis; aliunde Superiorum arbitrium eo usque devenit, ut subditis aliquem extraordinarium Confessarium denegaverint, etiam in casu quo, ut propriae conscientiae consulere, eo valde indigebant. Indita denique eis fuit discretionis ac prudentiae norma, ut suos subditos rite recteque quoad peculiare poenitentias ac alia pietatis opera dirigerent; sed et haec per abusionem extensa in id etiam extitit, ut eis ad Sacram Synaxim accedere vel pro lubitu permiserint, vel omnino interdum prohibuerint. Hinc factum est, ut huiusmodi dispositiones, quae ad spiritualem alumnorum profectum et ad unitatis pacem et Concordiam in Communitatibus servandam fovendamque salutariter ac sapienter constitutae iam fuerant, haud raro in animarum discrimen, in conscientiarum anxietatem, ac insuper in externae pacis turbationem versae fuerint, ceu subditorum recursus et querimoniae passim ad S. Sedem interiectae evidentissime comprobant.

Quare SSmus D. N. Leo divina providentia Papa XIII. pro qua praestat erga lectissimam hanc suis gregis portionem peculiari sollicitudine, in Audientia habita a me Cardinali Praefecto S. Congregationis Episcoporum et Regularium negotiis et consultationibus praepositae die decimaquarta Decembris 1890 omnibus sedulo diligenterque perpensis, haec quae sequuntur voluit, constituit atque decrevit.

I. Sanctitas Sua irritat, abrogat, et nullius in posterum roboris declarat quascumque dispositiones Constitutionum, piarum Societatum, Institutorum mulierum sive votorum simplicium sive solemnium, nec non virorum omnimodo laicorum, etsi dictae Constitutiones approbationem ab Apostolica Sede retulerint in forma quacumque etiam quam aiunt specialissimam, in eo scilicet, quod cordis et

conscientiae intimam manifestationem quovis modo ac nomine respiciunt. Ita propterea serio iniungi Moderatoribus ac Moderatricibus huiusmodi Institutorum, Congregationum ac Societatum, ut ex propriis Constitutionibus, Directoriis ac Manualibus praefatae dispositiones omnino deleantur penitusque expungantur. Irritat pariter ac delet quoslibet ea de re usus et consuetudines etiam immemorabiles.

II. Districte insuper prohibet memoratis Superioribus ac Superiorissis, cuiuscumque gradus et praecminentiae sint, ne personas sibi subditas inducere pertentent directe aut indirecte, praecepto, consilio, timore, minis, aut blanditiis ad huiusmodi manifestationem conscientiae sibi peragendam; subditisque e converso praecipit, ut Superioribus maioribus denuncient Superiores minores, qui eos ad id inducere audeant; et si agatur de Moderatore vel Moderatrice Generali, denunciatio huic S. Congregationi ab iis fieri debeat.

III. Hoc autem minime impedit, quominus subditi libere ac ultro aperire suum animum Superioribus valeant ad effectum ab illorum prudentia in dubiis ac anxietatibus consilium et directionem obtinendi pro virtutum acquisitione ac perfectionis progressu.

IV. Praeterea firmo remanente quoad Confessarios ordinarios et extraordinarios Communitatum, quod a Sacrosancto Concilio Tridentino praescribitur in Sess. 25. Cap. 10 de Regul. et a S. M. Benedicti XIV. statuitur in Constitutione quae incipit „Pastoralis curae“ Sanctitas Sua Praesules Superioresque admonet, ne extraordinarium denegent subditis Confessarium, quoties ut propriae conscientiae consulant ad id subditi adigantur, quin iidem superiores ullo modo petitionis rationem inquirant, aut aegre id ferre demonstrent. Ac ne evanida tam provida dispositio fiat, Ordinarios exhortatur, ut in locis propriae Dioeceseos, in quibus Mulierum Communitates existunt, idoneos Sacerdotes facultatibus instructos designent, ad quos pro Sacramento poenitentiae recurrere eae facile queant.

V. Quod vero attinet ad permissionem vel prohibitionem ad sacram Synaxim accedendi, Eadem Sanctitas Sua decernit, huiusmodi permissiones vel prohibitiones dumtaxat ad Confessarium ordinarium vel extraordinarium spectare, quin Superiores ullam habeant auctoritatem hac in re sese ingerendi, excepto casu quo aliquis ex eorum subditis post ultimam Sacramentalem Confessionem Communitati scandalo fuerit, aut gravem externam culpam patriverit, donec ad Poenitentiae sacramentum denuo accesserit.

VI. Monentur hinc omnes, ut ad Sacram Synaxim curent diligenter se praeparare et accedere diebus in propriis regulis statutis; et quoties ob fervorem et spiritualement alicuius profectum Confessarius expedire iudicaverit, ut frequentius accedat, id ei ab ipso Confessario permitti poterit. Verum qui licentiam a Confessario obtinuerit frequentioris ac etiam quotidianae Communionis, de hoc certiore reddere Superiorem teneatur; quod si hic iustas gravesque causas se habere reputet contra frequentiores huiusmodi Communiones, eas Confessario manifestare teneatur, cuius iudicio acquiescendum omnino erit.

VII. Eadem Sanctitas Sua insuper mandat omnibus et singulis Superioribus Generalibus, Provincialibus et Localibus Institutorum de quibus supra sive virorum sive mulierum, ut studiose accurateque huius Decreti dispositiones observent sub poenis contra Superiores Apostolicae Sedis mandata violantes ipso facto incurrendis.

VIII. Denique mandat, ut praesentis Decreti exemplaria in vernaculum sermonem versa inserantur Constitutionibus praedictorum piorum Institutorum, et saltem semel in anno, statuto tempore in unaquaque Domo, sive in publica mensa, sive in Capitulo ad hoc specialiter convocato alta et intelligibili voce legantur.

Et ita Sanctitas Sua constituit atque decrevit, contrariis quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 17. Decembris 1890.

I. Cardinalis Verga, Praefectus.

† **Fr. Aloisius Episcopus Callinicen. Secretarius.**

II.

Vorkehrungen zur dritten Centenarfeier des Todestages des hl. Aloysius von Gonzaga.

Aus Anlaß der 300jährigen Gedächtnißfeier des Todes des hl. Aloysius von Gonzaga, welche am 21. Juni l. J. festlich begangen wird, hat unser hl. Vater Papst Leo XIII. am 1. Jänner 1891 nachstehendes Breve an alle Christgläubigen gerichtet:

Opportune quidem et auspicato contigit, ut XI. Kalendas iulias hoc anno sacra sollemnia in honorem Sancti Aloisii Gonzagae trium saeculorum a beatissimo exitu eius elapso spatio sint memori pietate peragenda. Nuntiatum Nobis est, ex faustitate huius eventus mirabili amore pietatisque studio exarsisse animos christianorum adolescentium, quibus optima sane huiusmodi occasio visa est, ut suam in caelestem iuventutis Patronum voluntatem et reverentiam multiplici significatione testarentur. Et id quidem evenire videtur non in iis tantum regionibus, quae sanctum Aloisium terris caeloque genuere, sed late ubicumque Aloisii nomen et sanctitatis fama pererebuit. Nos iam a tenera aetate angelicum Juvenem summo pietatis studio colere assueti, cum haec novimus, periucundo laetitiae sensu affecti sumus. Deo autem opitulante confidimus, eiusmodi sollemnia non vacua futura fructu christianis hominibus, nominatim adolescentibus, qui Patrono tutelari suo honores cum habebunt, in cogitationem facile deducuntur clarissimarum virtutum, quibus Ille, quoad vixit ceteris in exemplum enituit. Quas quidem virtutes cum secum cogitent et admirentur, sperandum est, fore, ut adiuvante Deo animum mentemque suam ad eas velint informare, studeantque fieri imitatione meliores. Neque certe catholicis iuvenibus proponi potest praestantius ad imitandum exemplum illisque locupletius virtutibus, quarum laude florere iuvenilem aetatem desiderari maxime solet. Ex vita enim et moribus Aloisii possunt adolescentes documenta plurima capere, unde ediscant, qua cura et vigilantia vitae integritas et innocentia sit servanda, qua constantia castigandum corpus ad restringendos cupiditatum ardores, quomodo despiciendae divitiae contemnendique honores, qua mente atque animo tum studiis vacandum, tum cetera omnia aetatis suae officia et munia implenda, quodque his praesertim temporibus maximi est momenti, qua fide, quo amore sit Ecclesiae matri et Apostolicae Sedi adhaerendum. Siquidem angelicus Adolescens seu domesticos inter parietes degeret, seu nobilis ephebus in Aula Hispanica versaretur, seu animo virtute et doctrina excolendo operam daret, in Societatem Jesu abdicato principatu adscitus, ubi, quod in votis habuerat, et praeclusum dignitatibus aditum et vitam omnem proximorum saluti sibi unice impendendam esse gestiebat, talem in omni vitae genere sese impertiit, ut facile ceteris omni laude antecelleret et praeclara relinqueret sanctitatis argumenta. Quapropter sapienti sane consilio, qui christianae iuventuti instituendae et erudiendae praeficiuntur, sanctum Aloisium proponere solent tamquam nobilissimum ad imitandum exemplum, obsequentes consilio, Decessoris Nostri Benedicti XIII., qui iuventuti studiis deditae praecipuum Patronum caelestem Aloisium constituit. Quare egregiam sane meritorum laudem sibi comparare videntur illae catholicorum iuvenum societates, quae non modo in Italicis sed etiam in externis urbibus sunt institutae eo proposito, ut huiusmodi Aloisiana sollemnitatis singulari cultu celebretur. Nos non latet, quantum studii operaeque illa contulerint in apparandis honoribus, qui toto orbe catholico Angelico Juveni deferentur et quantam adhibeant curam, ut catholicorum pietate pariter ac numero praesentent piae peregrinationes vel ad natale solum Aloisii, vel ad hanc almam Urbem, quae castas eius exuvias asservat et colit, suscipiendae. Pueris etiam, ut accepimus, puellisque oblata est ratio testandi Aloisio puri amoris et pietatis suae quasi primitias: pagellae enim late sunt diffusae, augustis iam nobilitate nominibus, in quibus ipsi se parentesque tamquam famulos et clientes inscribant. Singulari huic in re optima ardori et sanctis eiusmodi propositis et votis cupimus atque optamus, ut bonus faustusque iuvante Deo exitus obtingat. Interea cum admotae nuper sint ad Nos preces, ut in uberiores animarum fructum caelestibus Ecclesiae thesauris hanc sollemnitatem ditare et decorare velimus, Nos piis hisce precibus benigne adnuendum censuimus. Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui triduanas quotidie vel quin-

quies saltem novendialibus supplicationibus, quae habendae sunt ante Aloisiana sollemnia diebus a respectivo loci Ordinario designandis, et vel ipso die festo vel uno ex dictis diebus ad cuiuscumque arbitrium sibi eligendo, vere poenitentes atque confessi ac S. Communionem refecti quamlibet Ecclesiam seu Oratorium publicum, ubi festum S. Aloisii celebrabitur, devote visitaverint, ibique pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Iis vero fidelibus, qui corde saltem contriti pias peregrinationes ad memorata loca confecerint, et parvulis etiam pro eorum captu eorumque parentibus, qui nomina ad promerendum Aloisii patrocinium inscripserint, dummodo triduanis vel novendialibus supplicationibus, ut supra dictum est, adstiterint, septem annos totidemque quadragenas in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christi fidelium, quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse indulgemus. Praesentibus hoc anno tantum valituris. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transsumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die I. Januarii MDCCCXCI. Pontificatus Nostri anno XIII.

M. Card. Ledóchowski.

Eine der lieblichsten Erscheinungen am christlichen Sternenhimmel ist der am 9. März des Jahres 1568 zu Castiglione in Ober-Italien geborene und in der Nacht vom 20. auf den 21. Juni 1591 in seinem 23. Lebensjahre gestorbene hl. Mloysius von Gonzaga. Seit dem denkwürdigen Jahre 1605, als Papst Paul V. diesen gottbegnadeten Fürstensohn als selig und noch mehr seit 1726, als Jhn Papst Benedikt XIII. als heilig erklärte, gab und gibt es in aller Welt fromme Katholiken, welche diesen großen Heiligen mit dem größten Seelengewinne verehrten und noch immer verehren. Vornehmlich ist es aber die katholische Jugend beiderlei Geschlechtes, welcher St. Mloysius, dieser engelgleiche Jüngling, als edelstes Vorbild und als machtvoller Schutz- und Schirmpatron vorgestellt und anempfohlen wird.

Einst galt der wunderschöne St. Mloysius-Tag als Fest- und Ferientag an den verschiedenen Schulen, gewiß nur zum Segen und zum Wohle der katholischen Schuljugend. Wie viele Knaben und Mädchen, Jünglinge und Jungfrauen mochten wohl ihren Glauben und ihre Seelenschuld durch eifrige Verehrung und Nachahmung des hl. Schülers Mloysius unverehrt bewahrt haben! Aber seitdem die Verehrung dieses ruhmwürdigen Schutzheiligen der katholischen Jugend nachgelassen, ist es auch beziehentlich des Glaubens und des Tugendlebens derselben anders geworden. „Du bist ein Mloysius“, gilt heute fast als Spottname, während es einst der schönste Ehrenname war. Was Wunder, wenn der gute Geist von unserer Jugend weichen und der böse Geist über selbe die Oberherrschaft erlangen will, wenn religiöse Gleichgiltigkeit, Geringsachtung der göttlichen Satzungen und Gebote, Ungehorsam, religiöser Zweifel, Unglaube, Sittenlosigkeit, ja Sünden und Laster, die zuvor nur sehr vereinzelt auftraten, immer mehr und mehr um sich greifen. Man hört schon sogar von Selbstmorden unter der Jugend, welche doch vom drangsalvollen und mühseligen Leben noch nichts erzählen kann. Diese jeden aufrichtigen Jugendfreund tief betrübenden Zustände könnten nebst anderen Hilfsmitteln auch durch Rückkehr zur innigwahren Verehrung des hl. Mloysius von Gonzaga gebessert werden. Und zur nachhaltigen Verehrung des gefeierten hl. Jünglings die katholische Jugend anzuregen und zu begeistern, bietet sich im laufenden Jahre die beste Gelegenheit dar, indem am 21. Juni es gerade 300 Jahre sein werden, da St. Mloysius, dieser Engel in Menschengestalt, das irdische Leben mit dem himmlischen vertauschte. Es wird also am bezeichneten Junitage das 300jährige Jubiläum des Sterbetages des verehrungs- und nachahmungswürdigen Fürstensohnes von Castiglione gefeiert. Zur würdigen Feier des seltenen Tages werden bereits in der ganzen katholischen Welt Vorbereitungen getroffen.

Der hl. Vater, unser glorreich regierender Papst Leo XIII., erließ das oben vollinhaltlich mitgetheilte apostolische Breve, in welchem er die katholische Jugend väterlich ermahnt, die denkwürdige Centenarfeier ihres macht- und ruhmvollen Schutzheiligen würdig zu begehen und verkündet Ablässe für alle Jene, welche an der Novene oder an dem Triduum, das um die Zeit des 21. Juni stattfinden soll, theilnehmen. Mit diesem apostolischen Schreiben ist das Decret der hl. Ritencongregation vom 18. Jänner 1891 zu vergleichen, welches sich bereits im vorigen kirchlichen Verordnungs-Blatt II. S. 3 und 4 abgedruckt vorfindet.

Große Festlichkeiten werden ferner geplant im Geburtsorte Castiglione delle Stiviere, sodann in Rom, allwo in der Kirche des hl. Ignatius die kostbaren Ueberreste des Verewigten aufbewahrt werden. Im September dieses Jahres werden Pilgerzüge nach dem Heimatsorte Castiglione wie auch nach Rom veranstaltet werden. Auch in Oesterreich wetteifert man, um den ruhmgekrönten Jugendpatron nach Verdienst zu verherrlichen, wie ja auch schon bislang der hl. Morysius in allen österreichischen Landen eifrige Verehrer fand, die nicht nur das Namensfest sondern auch die sogenannten sechs Morysius-Sonntage durch Empfang des heiligen Buß- und des heiligen Altarsakramentes festlich zu begehen pflegten. In verschiedenen Vereinen, Bruderschaften, Instituten und Anstalten bereitet man diverse Festlichkeiten vor als Decorirung der Kirchen, Kapellen, Altäre, Aufstellung von St. Morysius-Statuen und Bildern, Abhaltung von Exercitien, Novenen, Triduen, feierlicher Processionen und dergleichen mehr.

Gewiß werden auch die Priester und die Gläubigen der Lavanter Diocese, in welcher die Priesterseminars-Kirche dem hl. Morysius geweiht ist und es sonst wohl nicht viele Kirchen gibt, in denen sich nicht ein Bild oder gar ein Altar des Heiligen befände, das Möglichste thun, um das bevorstehende Centenarium des erhabenen Jugend-Schutzheiligen auf das Festlichste zu begehen. Es möge nach Thunlichkeit dem erhebenden Feste ein Triduum vorhergehen oder nachfolgen, zu welchem Jünglinge und Jungfrauen, überhaupt Kinder mit ihren Eltern liebevoll einzuladen sind, und wobei denselben über die herrlichen, bewunderungswürdigen Tugenden des hl. Morysius zu predigen ist. Während dieser gnadenreichen Zeit soll die Jugend die hl. Sakramente empfangen und am hl. Jubelfeste das Taufgelübde erneuern. Gelegentlich dieser außerordentlichen Feier sollen die Eltern ihre Kinder dem hl. Morysius weihen, sollen sie zu dessen unablässiger Verehrung und Nachahmung anspornen, sie bitten und beschwören, daß sie den kostbarsten Schatz armer und reicher Kinder, die Herzensreinheit und Seelenunschuld, diese Blüthe der Tugenden, sich stets unverfehrt bewahren. Wenn die katholische Jugend wieder nach dem hl. Morysius ihren Geist und ihr Herz zu bilden beginnt, so wird sie einen Garten von entzückender Schönheit bilden, in welchem die Lilie der Unschuld, das Veilchen der Demuth, die Rose des Gehorsams, die Palme der Entsamung und Selbstverleugnung im schönsten Flore zu finden sein werden! Dazu verleihe der dreimal heilige Gott auf die machtvolle Fürsprache des hl. Morysius seinen alles vermögenden Segen!

III.

Die Erhebung der Curatien zu Pfarren.

Laut Mittheilung der k. k. Statthalterei in Graz ddo. 18. Februar d. J. Zahl 3187 hat der Herr Minister für Cultus und Unterricht auf Grund Allerhöchster Ermächtigung vom 9. Jänner l. J. mit Erlaß vom 25. Jänner d. J. Zahl 555 erklärt, daß im Hinblick auf die von sämmtlichen Ordinariaten der im Reichsrathe vertretenen Königreiche und Länder übereinstimmend vorgebrachten Anträge gegen die Verleihung des Pfarrertitels an Seelsorger, deren Stationen staatlischerseits als selbständig anerkannt sind, keine Einwendung gemacht wird.

Demzufolge habe Ich unterm 1. April l. J. Nr. 521 allen selbständigen, kanonisch investirten Herren Curaten der Lavanter Diocese den Pfarrertitel verliehen, und wurden somit zu Pfarren erhoben die Curatien und Lokalien: St. Michael in Wernsee, St. Leonhard bei Großsonntag, Unter-St. Kunigund, Hl. Kreuz bei Marburg, St. Oswald im Drauwalde, St. Bartholomä in Rothwein, St. Jakob in Sobot, St. Lorenzen in Buchern, St. Primus am Pachern, St. Peter am Kronenberg, St. Rochus in Siele, St. Ulrich in Podgorje, St. Wenzel, St. Bartholomä bei Gonobiz, St. Lorenzen in Stranizen, St. Margareth in Kebele, St. Lambert in Skomern, St. Judof am Kozjak, St. Peter in Zavodnje, St. Andra in Weißwasser, St. Michael ob Praszberg, St. Maria in Nazareth, St. Martin bei Oberburg, St. Stefan in Gomilsko, St. Maria in Rief,

St. Pantaz in Ober-Ponikl, St. Leonhard bei Tüffer, St. Mauritius in Gairach, St. Maria in Zagorje und St. Anna in Preborje.

IV.

Drucklegung geistlicher Bücher.

Da es vorgekommen, daß Bücher geistlichen Inhaltes ohne ausdrückliche Erlaubniß des F.-B. Ordinariates herausgegeben wurden, so werden dem wohllehrwürdigen Diöcesan-Clerus die kirchlichen Bestimmungen de lectione et editione librorum in Erinnerung gebracht, zufolge welcher es verboten ist, geistliche Bücher (libri de religione et rebus sacris tractantes) ohne zuvor eingeholte Erlaubniß des F.-B. Ordinariates zu ediren. Gebetbücher müssen unbedingt die Approbation des Bischofes an der Stirne tragen. Die ertheilte Erlaubniß, welche wie bekannt noch keine Anempfehlung des Buches, sondern nur das Zeichen ist, daß dasselbe nichts Glauben- und Sittenwidriges enthält, soll genau mit dem Datum des Tages und Jahres, wie der Geschäftszahl an geeigneter Stelle im Buche ersichtlich gemacht werden.

V.

Empfehlenswerthe Bücher.

Eine reichhaltige und recht praktische Sammlung der „kirchlichen Vorschriften und österreichischen Gesetze und Verordnungen in den Matriken-Angelegenheiten“ ist bei Ulrich Moser's (J. Mayrhoß) Buchhandlung in Graz vom hochw. Domherrn Anton Griessl im I. Jahre erschienen, die den hochwürdigen Matrikenführern bestens empfohlen wird. — Die Festschrift zum St. Moyßius-Jubiläum von P. Alois Viederreger S. J., Professor in Kalksburg bei Wien (Verlag von Dr. Fr. Datterers Verlagsanstalt und Druckerei in Freising) 84 S. 8^o mit 6 Abbildungen, Preis Mk. 1.20, ist der katholischen studierenden Jugend gewidmet und verdient weiteste Verbreitung.

VI.

Diöcesan-Nachrichten.

Instituiert wurde Herr Jakob Caf auf die Pfarre St. Thomas bei Großsonntag.

Bestellt wurden: Titl. Herr Dr. Anton Suhac, f.-b. geistl. Rath und Pfarrer zu St. Anna am Kriechenberge, zum Administrator des Decanates St. Leonhard in W.-B. und Herr Ferdinand Šosterič zum Provisor in St. Leonhard in W.-B.

Wiederangestellt wurde der gewesene Herr, Provisor von St. Thomas bei Großsonntag, Jakob Oegerl, als Kaplan in St. Lorenzen in W.-B.

Uebersetzt wurden die Herren Kapläne: Anton Askere nach Weitenstein, Franz Bratkovič nach St. Leonhard in W.-B., Vincenz Čepin nach Reischach, Franz Kakuska nach Riez, Anton Kolar nach Mahrenberg, Josef Mlasko nach Saldenhofen, Franz Murkovič nach St. Martin bei Wind-Graz, Johann Vreze nach Jaring, Peter Zadravec nach St. Jakob in W.-B. und Josef Zagajšek nach St. Magdalena in Marburg.

In den zeitlichen Deficientenstand trat Herr Johann Tomanič, Kaplan in St. Georgen unter Labor.

Gestorben ist der Hochwürdige Herr Georg Tutek, Zubelpriester, Ehrendomherr des f.-b. Lavanter Domkapitels, f.-b. wirkl. Konsistorialrath und Referent, Pfarrer und Dechant zu St. Leonhard in W.-B. am 6. April im 77. Lebensjahre.

Unbesetzt sind geblieben die Kaplansposten zu St. Kunigund am Pacheru und Leskovez.

F. B. Lavanter Ordinariat in Marburg,

am 16. Mai 1891.

† **Michael,**
Fürstbischof.